

COMUNALE DI ENNA BIBLIOTECA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA
RILEGATURA
G. VILLA
PALERMO

C. 34. 3. 3

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

laud

C. 34. 3. 3

Giovanni di Sacrobosco

De sphaera mundi

30

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA


+ ihs

De quibusdam principijs: Geometricis supponendis :— QVE SVNT ADDITA :—

IN principijs quedam videntur supponenda, et intelligenda ab eis, qui nesciunt geometriam disciplinam: quibus dicenda leuius capere possint: et sunt que subscribimus et proximioribus nouitiorum gratia addidimus.

Punctus est quid indiuisibile, uel cuius non est aliqua pars, quę uisu percipiatę.

Linea est longitudo sine latitudine, et profunditate: cuius extrema sunt duo puncta, si finita intelligatur.



Linea recta est breuissima, extensio ab uno puncto ad aliud //

Linea non recta, est que inter extrema curuatur //

Superficies est longitudo cum latitudine, profunditate carens, que linea uel lineis terminatur



superficies, plana ē quę tam secundum longitudinem, quam secundum latitudinem breuissime extenditur //

Superficies nō plana ē quę concauitatem, uel conuexitatem aliquam hēt //




Angulus, ē duarū linearū contactus applicatione non directa //

Angulus rectilineus est qui fit ex duabus lineis rectis //




Angulus non recti lineus, est cum altera linearū est non recta //


BIBLIOTECA COMUNALE DI EMPOLI



Cum linea recta super rectam lineam
Ceciderit, et Causauerit ex utraq;
parte duos angulos equales, quelibet
eaq; dr perpendicularis, super alte
rant, atq; quilibet illoy angulorum
rectus denominatur



Item quicunq; angulus uni isto sim
similis, et equalis fuerit, rectus erit,
quamobrem omnes anguli rectilinei
recto equantur. Si uero linea recta
rectę lineę occurrens, Causet ex late
ribus angulos duos inequales: que
libet illaq; lineaq; dr obligua, uel
inclinata super alteram: et angulus
maior uocatur obtusus, minor, acu
tus, Quare omnis angulus rectili
neus maior angulo recto, obtus ex
tibit, et omnis minor recto, acutus




// Corpus est, quod longitudinem, la
titudinem, et profunditatem habet
figura ē, quę termino, uel terminis
Claudiur. Nihil figuraq; nisi superfi
cies, uel Corpus //


Due linee recte nō claudunt superfi
ciem, ideo figuram non formant //
similiter Corpus non diffiniunt,
Due superficies recte
neq; figuram //

Si sint duę lineę, uel superficies recte, et ex utraq; parte
producte, quę numq; Concurrant, equidistantes appellantq;
Aequidistantia duorum, est quando omnes lineę ab
uno in aliud breuissimè tense fuerunt equales

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA









Circulus, ē figura plana una linea contenta, quę circumpherentia, uel' peripheria uocatur, in cuius medio punctus est, qui centrum Circuli dicitur, a quo omnes rectę lineę usq; ad Circumferentiam ductę, sunt equales. Linea uero recta, que transit p centrum, et applicat extremitates suas Circumpherentie, semper diuidit Circulum in duo media, ipsaq; appellatur diameter. Et quelibet illorum partium Circuli ꝯsemicirculus, atq; portio media Circuli dicitur // // // //

Quod si recta linea Circulum in duas partes secet ineguales, ipsa chorda nominatur, et pars circuli maior, portio maior, et pars circuli minor, portio minor, pars uero Circumpherentie, quę cum ea fuerit, arcus uocatur, portio igit Circuli ex arcu, et chorda formatur // //


Si duę rectę lineę a centro ad circumpherentiam porrectę sup centrū angulum faciant, partem Circuli interclusam placuit nonnullis ꝯscindam Circuli appellare. / Aduertendum q̄ frequenter est in usu, vt Circumferentia pro Circulo capiatur, quod artifices cōmuniter obseruant, et ita cum liquerit obseruemus // // // //

Si extribus lineis superficies Claudatur fit figura trilatera, quę etiam trigonus et triangulus dr̄. Si ex quatuor quadrilatera, uel' tetragonus: si ex quinque pentilatera: uel' pentagonus, et reliqua similiter, a numero laterum uel' angulorum denominantur, hēt enim unaquęq; figura plana, tot latera, quot angulos, si fuerit habens latera quoniam Circulus non hēt latera. Quod si habeat omnia

latera equalia, erunt omnes anguli ipsius sibi in uicem equales. Sed econuerso non semp est, presertim in quadrilatero longo atq; rectangulo. Hic enim continet omnes angulos equos quoniam rectos, sed latera opposita tantum equalia. Illa figura plana rectilinea dicenda est, que undiq; rectis lineis perficitur //



Sphera est in corporibus figura prima, quemadmodum circulus in superficiebus, sphera secundum Theodosium, est figura corporea, una superficie contenta, intra quam punctus est, a quo omnes lineę recte educte, que illi superficiei occurrunt, sunt inter se equales, et ille punctus est centrum sphere. Ex quo liquet sphęram esse corpus rotundum, rotunditate perfecta apud geometras // — // — // —



Linea recta, que tendit per centrum sphere, et ex utraq; parte attingit superficiem eius, non est proprie dicenda diameter sphere, vt multi uocant, eo quod, licet penetret per medium sphere, ipsam p medium non diuidit, sed proprie uocatur axis, maxime si ipsa fixa permanente circumuoluatur sphera, Duo que puncta opposita in superficie sphere axem terminantia, poli dicuntur //

Omnis circulus qui sphęram secat in duo media, diameter sphere appellari meretur, et circulus magnus sphere dr, et in eadem sphera omnes circuli magni, sunt equales, quoniam p centrum sphere transeunt, quare omnes tales sunt concentrici: preterea omnes duo circuli magni in sphęra se p equalia diuidunt //

BIBLIOTECA NACIONAL DE MAESTROS